



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Eustochio virgine. Cap[itulum]. xi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

cer: ac si pro singulis accensa fuisset.
De sancto Iusto martyre.

Cap. ix.

Iustus martyr apud tergestinam civitatem aquilese pvince passus est: repositus diocletiani et maximitiani imperatorum sub manatio prefecto. Qui dum ad prefatam urbem devenisset: iustum comprehensum fecit: et sibi presentari cepit suadere: ut deus sacrificaret. Qui cum domino iesu christo se sacrificare diceret: iussit eum in carcerem trahi. Eiusque tota nocte in oratione perseverasset: mane ductus et inmolare recusantem: fecit eum manatum extrorsum neruis crudis cedi: sed cum illum omnino inuictum cernebat: mandavit in collo eius et manibus: ac pedibus plumbi pondera ligari: et sic in profundum maris demergi. Qui quasi ad epulas invitatus ipse si bimem pondera plumbi deferebat: et vale dicens fratribus festinando ad litus properabat. Sicque ad locum ductus: et plumbo et alligato in scapha modicissima pontis ductusque in altum pelagi: oratione fusa in mare demergitur: ut autem spiritum deo reddidit: mox funes eius cum plumbo dirupti sunt: et corpus ad litus tergestine civitatis ab undis deductum est ante solis occasum. Eadem nocte apparuit sanctus martyr: cuiusdam presbytero nomine sebastiano: iubens ut corpus eius tolleretur: et cum indulgentia sepeliret. Qui convocatis pluribus christianis: corpus ipsius in litore inventum: intra ipsum locum honorifice tumularunt. Qui passus est. iij. non. novebris.

De sancta eustochio virgine et mar. Cap. x.



Eustochium

virgo et martyr apud tarsum cilicie passa est sub iuliano imperatore. Qui cum ibidem existens cum omni populo deus gentilium sacrificasset. Eustochium sacrificare nolentem pro nervis bubalis necis fecit: deinde cornibus capreolarum vngulari precepit: partibusque carnes eius cocidit. Deinde caput eius cum capillis excoxiari et clavos infligi. Et cum hec omnia constanter me tollerasset: et imperator sententiam protulisset: ut membratim cocidit in sartagine toreret orans ad dominum emisit spiritum. Sepultaque est a matre propria in abditissima crypta. iij. non. novebris.

De sancta Eustochio virgine. Cap. xi.



Eustochium

virgo sacratissima: paula nobilissime romane filia: et beati hieronymi discipula fuit: De qua idem testatur hieronymus quod in sanctis locis virginitatis et ecclesie monile preciosissimum fuit.

simum fuit. Cum vero mater eius omni relicto seculo et mundanis divitiis ac filiis cunctis: ex urbe roma progressa hierosolimam deo servitura navigaret: hec sola eius propositi et navigatoris comes extitit: sicut supra actum est in vita pauli. vi. kalen. february. Et cum eadem esset mater apud oppidum bethleem cenobium construxit: et cum eadem et alijs sanctis feminis sub beati patris hieronymi disciplina: deo devote servivit: atque post dormitionem genetricis. i. et eo amplius puellarum mater extitit. Cui beatus doctor regulam deo vivendi constituit et dicitur. Ipse autem ieiunijs et orationibus sacrosanctis liberos per studijs interea solite: post agones plurimos pro christo superatos in virginitatis proposito in pace quiescit. Sepulta apud bethleem. iij. non. novebris.

De sancto Victorino episcopo mar. Cap. xij.



Victorinus

episcopus sub diocletiana persecutione martyr: passus est: qui scientia et doctrina clarus opuscula nonnulla sacre fidei perutilia composuit. Eodemque tempore cum edidit in geneesim: Exodum: Leviticum: Esaiam: Ezechiel: Abacuch: Ecclesiastem: Laticam catichon: et apocalipsim. Adversum omnes fere hereses libros plures scripsit: multaque alia gradioribus sensibus compositione verborum: neque enim eque latina: ut greca lingua pollebat. Sub prefato tandem principe pro eiusdem defensione fides: martyrio vitam apud eandem urbem finivit. Ibi que tumulari faceret. passus est autem. iij. non. novebris. Hec hieronymus libro de virtutibus illustribus.

De sanctis alcindino pygastio et aneporhysto martiribus. Cap. xij.



Pygastius

et aneporhystus apud persidam passi sunt sub sapore rege persarum: qui eidem regi delati quod christum colerent: et multos converterent: inveniuntur in cella orantes: et a ministris regis capti educti sunt. Dum autem christum confiterentur: primo verberibus durissime cedi sunt: mutatis super singulos eorum in cedendo. x. viris. Rex vero cecidit quasi exanimis: tandem ad se rediens: eos sursum appendi: et deorsum extendi: ac ignem super terponi fecit. Sancti vero christo et apparente te illi ab igne permanserunt: et a vinculis absoluti sunt. Rex autem mutus effectus est: et